

- initas, una cessante subsistit numero 7. *Amplia ut numero 8.*
 9 *Spes succedendi ex contractu transmittitur.*
 10 *Donata deficiente persona in donatione contemplata ad donantem revertuntur.*
 11 *Gravatus dum vivit jure Domini persungitur.*
 12 *Lota montium ex Bulla Pontificis hypothecam non recipiunt.*
 13 *Pactum reversivum in renunciacione non appositum in dubio neque reservatum praesumitur.*

Fideicommissum ab Henrico seniore de Urfinis institutum, per obitum Francisci sine filii, in favorem D. Comitissae Isabellae Sororis apertum, Rota decreverat coram me sub die 21. Junii 1652. Ac insuper sanxerat Baronum Bullam, nec eidem pariter obesse quin ad fideicommissaria Henrici senioris bona valeat aspirare, verum renunciacionem fratribus actam ab horum honorum consecutione ipsam penitus arcere hodie Domini responderunt, ex dispositione juris prohibentis renunciandi ad bona renunciata regressum, de qua in l. quartus §. si venditor ff. de aedilic. edict. l. quoties ab omnibus C. de fideicom. Gutier. in cap. quamvis pactum in verbo dum nuptus de pact. lib. 6. Menoch. conf. 16. n. 15. Aym. conf. 24. n. 4. Surd. decis. 51. n. 11. Rot. decis. 125. n. 16. par. 5. & decis. 587. n. 10. par. 1. recent. & in Ariminen. successione 16. Januarii 1654. coram R. P. D. meo Bichio.

Neque vis praedictae renunciacionis excluditur, vel quia infinuacionis robore delituta fuerit contra dispositionem statui Urbis c. 149. & 150. ubi. 1. vel quia fideicommissum hoc non comprehendat, dum nondum purificatum, nec expositum fuerat renunciandi, neque dispositioni l. de his ff. de transact. ulterius derogatum juxta tradita in Romana donationis 16. Martii 1643. coram R. P. D. meo Bichio. Nulla enim infinuacionis necessitas urgebat quoad hoc fideicommissum non adhuc renunciandi delatum, ut not. Bald. in l. illud n. 11. C. de Sac. Ecol. Alex. in addit. ad Bart. in l. Modestinus ff. de don. & mature discussio articulo responderunt Rot. dec. 12. n. 11. cum seq. & dec. 292. n. 20. part. 6. rec. in Romana fideicommissi de Cosciaris 16. Martii 1648. in §. eoque minus coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & alia relata per Add. ad dec. Buratt. 333. n. 8. illud vero in Instrumento renunciacionis inclusum ejusdem effrenata, nec non expressa verba per se ferunt videlicet quorumvis fideicommissum purificatorum, ac respectivè purificandorum, ex quibus voluntas renunciandi his quoque desumitur, nec non eorumdem scientia saltem intellectualis in renunciante, quae renunciatio suffragatur licet nulla dispositioni legum de his derogatio praecesserit secund. Bart. in l. qui Romae §. duo fratres n. 17. ff. de verb. oblig. Mart. conf. 139. n. 24. Surd. conf. 267. n. 6. cum seq. Peregr. de fideic. art. 52. n. 22. Gratian. discept. forens. c. 346. n. 14. & 15. Rot. decis. 598. n. 1. & 3. par. 3. rec. & cor. Buratt. decis. 658. n. 9. & in Bononien. fideicommissi de Vizzanis 15. Junii 1643. §. nec refert, & 15. Jan. 1644. in paragrapho ultimo coram R. P. D. meo Bichio, & in Cesenaten. bonorum 15. Maii 1651. in paragrapho sed ex alio quoque coram R. P. D. meo Albergato, Quicquid dicen. foret si renunciatio solummodo memisset Testamenti fideicommissum continentis in quibus terminis procedit, ac loquitur dec. in Rom. donationis 16. Martii 1643. cor. R. P. D. meo Bichio in contrarium supra adducta.

Non etiam poterit renunciatio haec expirata praesumi per obitum fratris sine descendantibus masculis, quorum favore dumtaxat sub particula tantum stipulata reputatur personalis neque ad alias valet proinde personas non completas in renunciacione prorogari, sive ex praesumpta voluntate renunciantis, sive perspecta etiam renunciacionis natura, extensionem de persona ad personam expressè prohibente, ad trad. per Bald. conf. 437. n. 2. lib. 1. Fran. à Ponte conf. 39. n. 1. cum seqq. Surd. conf. 446. n. 16. Rot. dec. 186. n. 2. par. 3. rec. & in Rom. fideic. 22. Junii 1642. coram Rever. D. meo Decano, siquidem urgere posset obiectio si honorum cessio sub titulo solius renunciacionis abdicativè concepta foret, in quibus terminis loquuntur auctoritates supra deductae, secus verò dum titulus donationis irrevocabilis inter vivos aequè principaliter ac pluries repetitis esse dignoscitur, tum ex instrumenti lectura, tum ex adjecta ibidem subscriptione Isabellae, titulum quoque donationi expressè praeserente; hic enim suapte natura perpetuus ac transitorius ad extraneos, hos pariter non quidem jure comprehensiois admittit, sed transmissionis, ita quod ab ultimo Donatario haeredes institui possint, vel saltem legitimam causam obtinere, licet agnatio in cessiois instrumento cum taxativa, tantum contemplata defecerit, ut ex hujus Tribunalis auctoritate distinguit Card. Mantica. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 21. n. 20. ubi proinde negat ab hac posse opinione recedi, & responderunt Bot. coram Achill. decis. unic. per tot. de donat. signanter n. 6. cor. Puteo decis. 273. n. 7. & 8. lib. 3. & in decis. 587. par. 1. rec. n. 1. & 10. ubi nedum meminit allodialium, sed etiam fideicommissi, & in Cesenaten. bonorum 15. Maii 1651. in ultimo §. coram R. P. D. meo Albergato; Quinimò dum pro finali causa donationis non unica ratio agnacionis perspecta fuit a donante aliis poterit de causis benevolentiae scilicet, ac congruae dotis aequè principaliter recensitis, * donatio ipsa agnacione licet extincta sustineri, ut advertit Molin. de rit. nupt. q. 92. n. 49. & 50. & aliis relatis auctoritatibus responderunt Rota in Arimin. successione 29. Junii 1654. §. facilius cor. R. P. D. meo Bichio, postquam maxime ultimus renunciarius de hac bonorum specie expressè disposuit, inde enim pactum reversivum excluditur, favore renunciantis, quidquid dici posset, si nulla eorumdem honorum dispositio praecesserit, ut not. Bald. in conf. 437. n. 2. lib. 1. Aym. conf. 89. n. 1. Cancer. var. resol. par. 3. c. 15. n. 40. Rota decis. 543. n. 40. & 41. par. 5. rec. & cor. bo. me. Merlin. decis. 894. n. 6. & in Maceraten. pecuniaria 10. Junii 1644. §. 1. cum seqq. cor. Eminentiss. D. Card. Ottobon. & in adducta Arim. successione coram R. P. D. Bichio §. in fin.

Et licet nondum purificato fideicommissum unde loca montium controversa, ex adverso praetenditur provenire, è vivis excesserit ultimus Donatarius, ac eadem consequenter videatur in extraneos perperam transulisse. Cum tamen spes quoque succedendi * vigore contractus renunciacionis ipsi competeret, eam proinde potuit ad Nigronos licet extraneos legitime transmittere, quod tamen secus esset; si spes successioneis ex ultima voluntate delata foret juxta. text. in l. Item C. de donat. §. ex condicionali instituta. de verbor. oblig. Surd. conf. 403. nu. 2. & 3. Laterch. conf. 133. n. 3. vers. 2. idem, & n. 5. in fin. Bero. conf. 107. n. 10. & 11. lib. 2. Gramm. decis. 92. n. 2. Rota in Romana fideicommissi de Marianis 17. Martii

Martii 1643. §. non obstat cum seq. coram Rever. D. meo Decano.

Neque haec loca Montium excepta dici poterant in instrumento cessiois, vel uti empti ex pretio feudi ibidem specialiter reservati, vel uti fideicommissaria, quae, extincto donatore, suapte naturam redeunt ad successive vocatos, vel deficiente persona contemplata, in donatione revertuntur ad donantem, ut respondit Rot. in Viterbien. Castrorum 19. Junii 1628. coram bon. mem. Coccino impress. dec. 19. p. 5. rec. Siquidem, quaestione post habita; An pretium feudi dicatur feudale in qua non defuit utriusque sententiae sectatores, negatur praeterea à fratribus de Nigronis loca Montium ex pretio feudi esse empti, quinimo dum patentes litterae eorumdem locorum Montium ab haerede gravato, qui, donec viverit veri Domini jure perfruatur ut advertit Ruin. conf. 137. n. 7. & 8. & conf. 138. n. 6. & 7. Peregr. conf. 93. n. 7. & 8. lib. 1. liberè, & abique ullo onere alterius favore attergatæ fuere, inter bona allodialia recensentur, necnon à quocumque onere hypothecae immunes ex Apostolicis Constitutionibus evasere, & praesertim ex altera Jan. mem. Urbani VIII. edita de anno 1639. ut advertit Gratian. discept. forens. cap. 730. n. 48. Rota decis. 77. n. 19. & 20. p. 6. rec. & in Januen. locorum Montium 21. Junii 1641. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio, pactum verò reversivum neque in instrumento renunciacionis legitur appositum, neque praesumitur in dubio reservatum, ut advertit Peregr. de fideicom. art. 51. n. 21. Surd. decis. 322. n. 66. cum aliis relatis à Modern. Siculo. tit. de donation. contemplat. matrim. tract. 2. discurs. special. 24. n. 16. Rota in Romana fideicommissi de incoronatis 5. Novembris 1639. §. sed praeterea in fine coram bon. mem. Pirovano: nec proinde poterit D. Comitissae de cujus solummodo praedictio, non autem vocatorum successive ad fideicommissum hodie tractatur suffragari; dum conjecturæ non adferunt militantes in causa Viterbien. Castrorum, ex quibus pactum reversivum ejusdem favore reservatum valeat proinde praesumi, sed potius causæ concurrunt exclusivè regressus.

Et ita utraque, &c.

DECISIO CX.

R. P. D. MELTIO.

Toletana Manutentionis.

Lunæ 7. Februarii 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Parochus intra fines suae Parochiae exercet omnes actus parochiales. *Amplia ut num. 2. est legitimus contradictor ad impediendam monasterii erectionem numero 13.*
- 3 Actus mandati tribuitur, & non exequenti.
- 4 Reservatio juris impedit ne in alium transferatur.
- 5 Beneplacitum Apostolicum requiritur in transactione rei Ecclesiae. *Amplia ut numero 6.*
- 7 Transigens super re Ecclesiae ipsemet transactionem impugnat ob defectum beneplaciti.
- 8 Concordia resolvitur ex transitu rei in alium. *Non continens beneplacitum personalis dicitur, & non realis numero 9.*

- 10 Monasterii erectio sine beneplacito est nulla, ordinarii etiam assensum requirit. n. 11. & n. 12. & num. 17. *Discrimen ab Hospitio nu. 14.*
- 15 Prohibitio ubi militat eadem ratio locum habet, edificandi monasteria translationes de uno in alium locum ejusdem civitatis afficit numero 16.
- 18 Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.

Hospitale cum Ecclesia nuncupat. de la Passion, quod existerat in oppido Matrini intra limites Parochialis Ecclesiae Sanctorum Justi, & Pastoris translatum fuit anno 1637. intra idem oppidum ad locum nuncupatum de Atocha, & domus praedicti Hospitalis una cum Ecclesia annexa venditæ fuerunt Patribus sancti Dominici, qui acquisita dicta Domus, & situs possessione; cum ibi conventum fundassent, & in Ecclesia sanctissimum Eucharistiae Sacramentum collocassent corpora defunctorum sepelirent, aliaque munera parochialia exercerent in non mediocre praedictum jurium Parochi dictae Ecclesiae Sanctorum Justi, & Pastoris; ideo introducta pro ipsius parte causa coram Vicario Matrini super prohibitione actuum parochialium & nullitate eorum fundacionis ex defectu licentiae ordinarii fuit ab eo declaratum ut sanctissimum Eucharistiae corpus consumeretur, ac dicti Patres à celebratione Missarum, & exercitio assertorum actuum parochialium in posterum abstinerent, hujusmodi decretum fuit deinde in gradu appellacionis revocatum per sententiam ordinarii Caurien. qui concessit manutentionem ipsis Patribus, & ista in tertia instantia à Reverendiss. Nuncio Hispaniarum confirmata fuit; devoluta postmodum causa ad Sacram Rotam, dubitatum fuit sub die 26. Junii 1654. cuinam danda esset manutentio, sed dubio non resolutio, ordinatum fuit, quod videretur de bono jure, quo hodie discussio, ad favorem Parochi Sanctorum Justi, & Pastoris responsum fuit.

Etenim Ecclesiam quae alias erat Hospitalis de la Passion. & modo possidetur à Patribus Sancti Dominici existere intra limites Parochiae Sanctorum Justi, & Pastoris non controvertitur, & hoc sufficit, ad hoc ut Parochus habeat dicatur intentionem fundatam in assententia juris pro exercitio omnium actuum parochialium privativè quoad quoscunque alios c. dilectus de cappellis monachorum, c. statumimus, & c. in sacris 16. q. 1. c. & c. fraternitatem de sepult. Clem. dudum §. verum eod. tit. Modern. Lusit. de offi. Parochi p. 3. c. 26. n. 66. Rot. coram Caval. dec. 101. n. 1. in rec. dec. 37. n. 3. & dec. 552. n. 16. p. 5. decis. 391. n. 6. & 7. p. 8. rec. & fuit dictum in Romana jurium parochialium 4. Junii 1653. coram R. P. D. meo Zarate in princ. §. quae resolutio, quod procedit non obstante quod in eodem loco Hospitale antea extitisset, quia Parochus pro exercendis juribus parochialibus aequè habet intentionem fundatam in Hospitalibus intra limites suae Parochiae existentibus, ac aliis locis Clem. quia coningit §. ceterum. & ibi gloss. verb. parochialis, & Abb. numero 14. Zabarell. num. 1. Imol. num. 20. de Relig. domib.

Tanto autem magis de bono jure Parochi constare visum fuit, quia ultra assententiam juris fiat pro ipso etiam observantia ex eo deducta, quod Rectores Hospitalis si quando munia parochialia quoad infirmos, & pauperes ibi degentes

gentes exercuerunt, id fecerunt de expressa licentia, & consensu Parochi, ut testantur plures Rectores Hospitalis, & deponunt testes in summ. Parochi numero 3, & 4. Per tales namque actus * de licentia Parochi gestos, nedum non fuit in aliqua parte læsum jus Parochi, sed eò magis illius iurisdicção confirmata remansit ad trad. per Lottier. de re benef. lib. 1, quæst. 33, nu. 74, & fuit dictum in Bonon. legatorum 22. Junii 1654. Tum gravamine coram R. P. D. meo Bichio, & regulare est, quod actus tribuitur mandanti, & ordinanti, cum in eo sit radicata iurisdicção, cui exercitium deinde profuit in exequentem c. super literis de rescript. Surd. conf. 29, n. 3, & 4, & conf. 255, n. 22. Cravet. conf. 44, n. 3.

Accedunt pro confirmatione prædictorum, depositiones testium examinatorum pro parte Parochi, qui concludunt Parochum, illiusque Ministros, Sacramenta ministrasse famulis, & aliis Ministris Hospitalis, prout etiam non mediocriter suffragatur concordia inita usque de anno 1613. inter eundem Parochum, & Rectorem Hospitalis, in qua cum legatur facta expressa reservatio juris parochialis, & certum est, quod prætendi non potest jus ullum Ecclesiæ Hospitalis quæsitum fuisse, sed illud totum ex peculiari reservatione remansit. Felin. in cap. inter Monasterium de re judic. Caputaq. decis. 19, part. 1. Rota in rec. decis. 419, nu. 3, part. 1, & in Tiburtina affectus 19. Junii 1648, §. neque subsistit coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & in Cracovien. decimarum 27. Martii 1651, §. 1, in fine vers. corroborat præterea coram R. P. D. meo Verospio.

Non obstat quod in dicta transactione anni 1613, reservata fuerit facultas officialibus Hospitalis retinendi in eorum Ecclesiæ sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Missas celebrandi, campanas pulsandi, & cadavera tumulandi, unde eadem facultate uti modo posse prætendant Patres S. Dominici tanquam per emptionem subrogati in locum DD. officialium. Quia omisso quod, ut supra ponderatum fuit, transactio apparet facta cum expressa reservatione iurium parochialium, unde jus Parochi in hac parte nullo mandato lædere potuit; esto etiam quod in aliqua parte, per eam fuisset derogatum illius juri, transactio tamen non sustineretur ex defectu Beneplaciti Apostolici, & transactionibus super rebus Ecclesiæ semper requiritur Caputaq. decis. 106, per tot. Rot. in recent. decis. 755, num. 2, part. 2, decis. 241, num. 10, part. 4, tom. 2, & fuit dictum in Marsicen. iurisdictionis 18. Februarii 1647, coram R. P. D. meo Bichio, quod procedit etiam si transactum fuerit inter duas Ecclesias Rota in Acernen. Vicariæ 30. Martii 1650, coram Eminentissimo D. Cardinali Othobono, adeo ut nedum in Ecclesia successor sed etiam ipsemet transigens & nomine Ecclesiæ transactionem impugnare valeat ad text. in c. litera, ibique Abb. de dilat. Rota coram Seraph. decis. 1417, numero 3, & in recent. decis. 74, n. 4, part. 6, & in terminis transactionis fuit dictum in dicta Marsicen. iurisdictionis 18. Februarii 1647, §. nam, & 11. Decembris ejusdem anni coram R. P. D. meo Bichio, & in Cracovien. decimarum 27. Martii 1651, §. neque subsistit coram R. P. D. Verospio.

Præterea, Domini objectum transactionis ea etiam ratione refutarunt, quia si dicta concordia aliquod jus Rectoribus Hospitalis con-

cessisset, illud non transivisset in Patres S. Dominici, qui verè non sunt successores in Hospitalitate, sed solum in loco materiali Ecclesiæ, cujus contemplatione non fuit concessa facultas retinendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & sepeliendi cadavera, sed ratione Hospitalis, & infirmorum ibi degentium, ad effectum scilicet, ut Sacramenta commodius dictis infirmis ministrari possent, & aliorum corpora de consensu Parochi humarentur, atque ita cum Hospitalitate ad alium locum translatum fuerit, * concordia resoluta remansit ad text. in c. veniens 8 circa fin. vers. mandans quatenus de transact.

Neque ex eo quod in concordia facta fuit mentio de Ecclesia, ex hoc inferri potest, illius quoque contemplationem fuisse habitam; quia concordia facta fuit cum Confraternitate, & Hospitali, non autem cum Ecclesia, & Confratres contraxerunt, & disposerunt tanquam de re sua, non autem nomine Ecclesiæ, ut ei jus aliquod acquireretur, ultra quod certum est, quod quando, prout hic, concordia & non continet beneplacitum Apostolicum, semper personalis censetur, & non realis, ad text. in dicto cap. veniens de transact. & ibi Abb. n. 2.

Hinc patet non applicari decisiones adductas ab informantibus pro parte Patrum, in quibus firmatur per secularizationem Ecclesiæ nihil innovari, & primæva Ecclesiæ privilegia conservari præter qualitatem regularitatis, quia conclusio habet locum in privilegiis, & iuribus competentibus Ecclesiæ, uti Ecclesiæ, non autem uti Hospitali, quia illo translato, sive extincto, cessant privilegia.

Non etiam bonum jus Parochi offuscari potest, ex eo quod Patres in dicto loco Conventum construxerint, qui ex privilegiis summorum Pontificum eorum ordini concessis, prætendatur exemptus, possintque in eo Ecclesiastica Sacramenta ministrari: nam quicquid sit de huiusmodi prætenis privilegiis satis pro responsione visum fuit quod huiusmodi erectio, & tanquam facta sine licentia Sedis Apostolicæ, prorsus nulla, & invalida reddatur ad text. in cap. 1. de excess. Prælat. in 6, & cap. unic. §. confirmatos ubi Gemin. n. 8, de Relig. dom. eod. lib. 6. Neque huic dispositioni sacrorum Canonum derogatum fuit per Sacr. Concil. Trident. sess. 25, cap. 3, in fin. dum disponit quod de cætero dicta loca non erigantur sine licentia Episcopi requisita per Concilium: nam non stat exclusivè ad licentiam Sedis Apostolicæ quæ prius requirebatur juxta dispositionem sacrorum Canonum, sed utraque & pro majori cautela requiritur, ut testatur Tamburin. de jur. Abb. & Monial. disp. 33, nu. 6, quæst. 1. Campanil. in divers. jur. Can. rubr. 12. cap. 13, n. 80. Adden. ad Rodriguez in compend. resolut. regul. resolut. 55, n. 1. Moder. Lusitan. de pot. Episcop. alleg. 26, nu. 4, & ad Conc. dict. sess. 25, cap. 3, n. 28, & firmavit Rot. in Januen. privilegiorum 24. Januarii 1648, coram R. D. Taraconen. & plenius ac magis expressè in Cracovien. foundationis Monasterii 19. Aprilis 1649, §. neque licentia cum duobus seqq. & 20. Junii 1650, coram R. P. D. Celso.

Sed nullitas huiusmodi foundationis magis clara, & incontrovertibilis redditur ex eo quod nec minus docetur licentia Ordinarii cum solemnitatibus præscriptis in const. Clemen. VIII. renovata à Greg. XV. const. 31, §. 3, & ab Urbano const. 25. in quibus prohibetur posse deveniri ad erectionem, foundationem, institutionem, nisi de expressa

12 expressa ordinariorum licentia, * & servatis in omnibus & per omnia sacrorum Canonum dispositionibus, ac auditis interessè habentibus, & hanc nullitatem foundationis ex defectu huiusmodi solemnitatum approbavit alia Rota in dicta Januen. privilegiorum 24. Junii 1647, & 24. Januarii 1648, coram Rev. Terrac. & 28. Junii 1648, coram Eminent. D. Card. Corrado & in dicta Cracov. foundationis Monasterii coram R. P. D. Celso.

Neque dicere valet, ut Constitutiones prædictæ emanaverint pro indemnitate mendicantium tantum, unde isti solummodo & non alii de tali nullitate oponere possint, quia contrarium colligitur ex illorum lectura, & signanter ex ea s. me. Clementis VIII. in qua signanter disponitur, quod citari debeant omnes interessè habentes, ibi & aliis interessè habentibus, & in specie quod Parochi sint legitime contractores & ad opponendum contra foundationem novi Monasterii, ac super tali prætensione audiri debeant tenet Lap. de Hospit. numero 35, vers. contrarium Guidop. quæst. 360, per tot. Moder. Lusitan. de pot. Episc. allegat. 26, numero 5, ubi in specie firmat quod ordinarius uti delegatus in dictis literis Apostoli. debeat diligenter animadvertere an erectio novi Conventus possit quovis modo Ecclesiæ Parochiali præjudicare, & si comperit præjudicium afferre, debet assensum omnino denegare.

Minus refragatur quod dictæ Pontificæ Constitutiones quæ loquuntur de erectionibus Conventuum, non possint applicari Hospitalio, quale prætenditur esse istud, quod à Patribus S. Dominici de novo erectum fuit; Nam hospitium 14 * propriè dicitur illud, quod deservit simpliciter pro recipiendis Viatoribus, in quo non servatur forma regularis, ut declarat Tamburin. de jur. Abb. tom. 3, disp. 53, quæst. 1, n. 10. At in hoc loco habent Patres Ecclesiam, in qua publicè celebrant, campanas pulsant, Sacramenta ministrant, eleemosynas quæstuant, vivunt sub regularis, & obedientia Prioris; quæ signa præ se ferunt formam Conventus, & non solius Hospitalii Rot. dec. 115, n. 4, v. non obstat, & dec. 193, n. 5, v. non obstat pariter p. 5, rec. ubi in specie pro signo Convent. ponderatur, quod aderat Ecclesia.

Præterea admissio quod etiam dici posset hospitium, quum in eo, ut fuit dictum, extat Ecclesia, in qua Missæ publicè celebrantur, & Sacramenta exercentur, nec non eleemosynæ colliguntur, hoc sufficit, ut dictæ Constitutiones habeant locum, quia vigente eadem ratione & præjudicium debet etiam per consequens locum habere eadem prohibitio, ut bene Rot. dict. dec. 115, n. 4, & 193, n. 5, p. 5, rec. & in puncto Moder. Hifo. q. reg. in summa t. 3, verb. Monast. n. 6, quod intellige.

Demum non relevat, quod non versemur in constructione novi Conventus, sed in translatione antiquæ de hoc ad alium locum intra idem oppidum Mariti; quia omisso an prohibitio ædificandi, & de qua in dictis constitutionibus, comprehendat etiam translationes de uno in alterum locum ejusdem Civitatis, circa quod sententiam affirmativam amplexi fuerunt Tambur. de jur. Abb. to. 3, disp. 5, q. 1, n. 1, vers. in hac tamen re Rodrig. q. reg. to. 1, q. 23, art. 7, in fine Ric. decis. 168, n. 5, & 6, p. 4. Larrea dec. 97, per tot. Moder. Hifo. q. reg. verb. Monasterium n. 33, in fine.

Tollitur huiusmodi objectum ex facto, quia Conventus à quo dicitur facta translatio, non remansit desertus, sed in eo Patres permanerunt ac continuarunt sub cura, & dominio Prioris, uti prius, sicque patet non adaptari terminum

translationis, sed potius novæ acquisitionis, cum Patres, qui prius in oppido Mariti duos tantum Conventus habebant, nempe Conventum Atocha nuncupatum & Collegium D. Thomæ modo possideant tres, & in hoc casu, ut intrent dictæ Constitutiones editæ super constructione novorum Conventuum tradit Moder. Parmen. resolut. reg. contr. 36, numero 21, vers. 6.

Ex his itaque cum constet de invaliditate foundationis ex defectu solemnitatum requisitarum in dictis constitutionibus, unde sequitur ut Patres nedum sint destituti bono jure, sed etiam exclusi remaneant à manutentione propter decretum irritans & quod inficit non solum titulum, sed etiam possessionem, tollitque omnem juris effectum, ut in puncto foundationis Monasterii probat Ricc. decis. 75, n. 3, & 4, part. 2, & in dicta Cracovien. foundationis Monasterii 19. Aprilis 1649, coram R. P. D. meo Celso in fine. Et ita utraque &c.

DECISIO CXI.

R. P. D. BEVILAQUA.

Romana Dotis.

Lune 11. Februarii 1656.

SUMMARIUM.

- 1 Dos repeti non potest dum non constat de ejus solutione & numero 2.
- 3 Confessio mariti dotis receptæ præsumitur simulata, & n. 4. Antè matrimonium numerationem probat n. 5. fallit ut n. 6. contra n. 32, & n. 23. Præsumitur vera si adsumt verba, in contenti, n. 7. Dotis receptæ probat numerationem si præsens sit promissio n. 11. Dotis receptæ ex inverisimilitudine præsumitur simulata nu. 15. Idem operatur quod numeratio numero 28. contra numero 29.
- 9 Prius, & posterius in eodem instrumento non datur.
- 10 Dotis ex constitutione non dicitur constare de numeratione.
- 13 Pecuniam fuisse numeratam cum renunciatione exceptioni dotis non numeratæ repugnant.
- 14 Inventarium probat non existentiam aliorum bonorum.
- 16 Simulatio arguitur ex consensu ubi non requirebatur & ex conjecturis n. 18. & n. 21. & n. 22. Arguitur ex rasura instrumenti n. 24.
- 17 Administrator de omnibus rationem reddere tenetur.
- 19 Confessionem dotis simulatam reddit præmissio reinvestmenti.
- 20 Disparitas inter sponsus simulatam reddit dotis confessionem.
- 25 Instrumentum juramento, & Camerali obligatione vallatum habet paratam executionem; fallit ut numero 26.
- 27 Juramentum nihil operatur detecta simulatione.
- 30 Statutum forenses non afficit.
- 31 Minor dotem recipiens sine solemnitatibus ad restitutionem obligatur. Declarat n. 23. & 33.
- 34 Pater qui dotem non recepit, nec filio recipienti assensit non obligatur.

Mortuo Francisco, nec resoluta dubio his proposito super nullitate matrimonii inter ipsum, & Petronillam contracti, hæc dotem in instrumento sponsalium constitutam, & à D. Francisco confessatam instabat sibi restitui, unde supra